luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debebit ac teneb. seque
ac suos successores ad eadem omnia obligat cum terminum primum peremp-
torium et alios omnes consequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios
nos vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel
extra Regnum servitio militari ad munimentum ad Expeditionem vel aliis qui-
buscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem
ultra praedictos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non
recipiendo nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo
ac praemissa omnia praesentibus simplicibus vel tricatis evasionibus suspensi-
onibus fatalibus iuribus praesentiae Terrestri bello Conventionesque et aliis om-
nibus iuris Remediis ac defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscripti-
one ad praemissa omnia mediante.

Dersniak Skorucie Tenetur.

Comparens personaliter coram officio actibusque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisl.
Generosus Hiacinthus Dersniak de Rokitnicza sanus mente et cor-
pore existens a Terrestribus districtualibus iuribus inhibitionibusque suis quibusuis
propriis et competentibus recedendo huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi
quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis gratis
omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciens palam libere publice
ac expresse recognovit. Quia ipse Generoso Georgio Skorucie et ipsius
successoribus summam quingentorum florenorum pecuniae polonicalis communis monetae
et numeri in Regno currentis florenum quemlibet grossis triginta polonicalibus
computando certi veri iusti et liquidi debiti mutuatique apud ipsum per se re-
cognoscendo pecuniae tenetur atque debet. Quam quidem summam suprascriptam
quingentorum florenorum pecuniae polonicalis idem recognoscens se suosque successores in et super
bonis suis quibuscunque omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis
praefato Creditori suo et ipsius posteris inscribit et obligat hinc et ab actu
praesenti pro Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime et immediate
venturo dare soluere et coram officio actibusque praesentibus Castrensibus Premisliensibus
realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam nusquam
ab eodem officio non officio tollere nec arestare vel quouis alio modo impugnare.

Idque

Idque sub Vadio simili summae quingentorum florenorum pecuniae polonicalis per prae-
fatum recognoscentem Generosum Hiacinthum Dersniak eiusque successores
Generoso Creditori suo et ipsius posteris ob non solutionem summae praefatae
principalis pro tempore et loco suprascriptis ad soluendum succumbendo.
Nihilominus idem recognoscens Generosus Hiacinthus Dersniak suprascripto
Generoso Georgio Skorucie et illius posteris dat et concedit plenariam
facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem debitoream
ex his actis Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia
quandocunque voluerint transferendi et transportandi quae transportata tan-
ti valebit acsi per ipsummet recognoscentem transportaretur. Pro quo quidem
Vadio modo praemisso ad soluendumque succumbendo ac pro summa ipsa principali non
soluta soluendo citatus erit memoratusque recognoscens Generosus Hiacinthus
Dersniak vel illius successores ad instantiam suprascripti Generosi Georgii
Skorucie siue ipsius posterorum ad officium praesens Castrense Capitaneale
Premisliense ex hoc recessu suprascripto quoad respondendum spectat medi-
ante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare iuri pa-
rere motere Vadium praefatum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne
iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eadem omnia
obligat cum terminum primum peremptorium Terminum et alios omnes con-
sequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro ma-
iori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio mili-
tari ad munimentum ad Expeditionem vel aliis quibuscunque dilationibus et lega-
libus impedimentis non differendo ad quietationem ultra praedictos Terminos officii
praefati Castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullasque motiones
appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia praesentibus
simplicibus vel tricatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuribus praesentiae
Terrestri bello Conventionesque et aliis omnibus iuris remediis ac defensis non
subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Ossolinska Testamentum Approbat

Comparens personaliter coram officio actibusque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisl.

Generosa Catharina de Bierza Generosi olim Bartholomaei Bieczki filia
consors vero Generosi Procopii Ossolinski relicta vidua sana mente et
corpore existens a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque suis quibus suis
propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi Premisliensi
quoad actum praesentem attinet secum successoribus bonisque suis quibuslibet omnibus totaliter
et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac expresse re-
cognovit. Quia ipsa Testamentum ultimae voluntatis suae per recognoscentem
ratione certarum rerum et conditionum bonorumque suorum tum legatorum in
eodem testamento contentorum de actu hic Premisliae die hodierna actibus
praesentibus confectis manibus suis recognoscentis et Generosorum Joannis Mathaei
Ostrowski ac Gabrielis Bieczki fratrum suis recognoscentis germani subscriptis
in omnibus et singulis praefati testamenti conditionibus punctis clausulis
articulis in eodem testamento contentis approbavit confirmavit et ratificavit
uti prout approbat confirmat et ratificat praesentibus. Nihilominusque eadem recognos-
cens Generosa Catharina Ossolinska successores suos de et super bonis suis quibuslibet
omnibus ac summis pecuniariis habitis et habendis obligat et inscribit quo-
tenus huiusmodi testamentum suum praesentem ut de hac vice de eo sum
suis recognoscentis tam in toto quam in parte et in omnibus conditionibus supradictis
testamento appositis firmiter teneant compleant observent eidemque satisfa-
ciant ac illud tam in toto quam in parte exequantur idque sub vadio
Duodecem millium florenorum pecuniae polonicae per successores praefatae recognoscentis
Generosae Catharinae Ossolinska personis certis in eodem testamento expres-
sis quibus legata in eodem testamento serviunt vel successoribus earundem
personarum et non plenariam executionem et completionem contentorum omnium
et singulorum eiusdem testamenti toties quoties opus fuerit ad solvendum
successorum vero Praeterea memorata recognoscens Generosa Catharina Ossolinska eis-
dem personis in eodem testamento specificatis quibus legata in eodem testa-
mento contenta serviunt vel successoribus earundem personarum dat et con-
cedit plenariam facultatem omnimodamque potestatem inscriptionem praesentem
ex libris actis Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia

quandocunque

quandocunque voluerint transferendi ac transportandi quam transportatam tantum
robur et valorem hac sua personali recognitione habituram declarat ac si
per ipsummet recognoscentem transportaretur. Pro quo quidem vadio praefato
ac pro se aliqua parti ex praemissis non completa citatos existentes successores
praefatae recognoscentis ad instantiam certarum personarum in eodem testamento
expressarum quibus legata in eodem testamento contenta et assignata
serviunt successorumque earundem ad officium praesens Castrense Capitaneale Pre-
misliense extunc recessu superasserto quoad vadium spectat mediante semper
in primo eiusdem termino tanquam peremptorio stare iuri parere in dicto
vadium praefatum luere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum
pati debebunt ac tenebuntur successoresque suos ad eadem omnia obligat
cum terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eius-
dem terminos semper peremptorios vera infirmitate per maiorem minorennitate
nitate successorum legatione in bona vel extra Regnum servitio militari
ad munimentum vel quibuscunque aliis quibusvis dilationibus et legalibus
impedimentis non differendo ad querelam hominis illius proximos terminos officii prae-
sentis castrensis Premisliensis dilationem sibi non recipiendo nullaque monere
appellationes ac earum prosequutiones faciendo ac praemissa omnia pro suis
simplicibus vel tricatis evasionibus suspensionibus fatalibus iuribus praescriptione
Terrestri bello conventionibusque et aliis omnibus iuris remediis et defensionibus
non subterfugiendo. Hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante

Fredro Fredrowi Donat

Comparens personaliter coram officio actisque praesentibus castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Ge-
nerosus Stanislaus Fredro Generosi olim Martini Fredro ... Pleszo-
wice filius sanus mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque
suis quibus suis propriis et competentibus recedens huic autem iurisdictioni Castrensi
Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque suis
quibuslibet omnibus totaliter et plenarie incorporando et subiiciendo palam libere publice
ac expresse recognovit. Quia ipsa bona sua propria et hereditaria infrascripta
... inter ... Generosi olim Fredro ...